



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio V. Quotuplex sit diuinatio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](#)

grauis, etiam si à materia abstrahatur; tamen quando claris indicis cōstaret animum & intentionē plane caruisse superstitione, (v.g. quia non tam cognitionem adipisci voluit, quam tali obseruatiuncula sic se p*ro* iocū oblateare) peccatum fieret vanitatis: possetque nonnunquam contingere, vt talis ioc' ab omni delicto immunis esset, & adeo decenter & opportune adhiberetur, vt ad virtutem Eutrapelia videretur pertinere. Sic P. Greg. Valentia a. quem in hac q. sum secut'.

z. 2. diff.
q. 12.
p. 1st. 4.

b. Aug. lib.
2. de dicit.
Christi. ca.
22. § 23.
D. Thom
d. q. 95. art.
2.

c. Caietan.
d. q. 95. art.
3. Nauarr.
ca. 11. Ma-
nual. n. 21.
d. q. 6.

QVÆSTIO V.

Quotuplex sit diuinatio?

EX D. Augustini & D. Thomæ doctrina, b. diuinationis omnis fundatum est implicitum vel explicitum pactum cum dēmone. Implicitū censemur, quando quis quaerit, cognitionem soli Deo referuaram, aliunde quam ex Deo, idq; mediis indebitis, h.e. à diuina prouidētia ad hoc minime institutis. Nā hoc ipso quod quis ad has vanitates & iniāias fāllas recipit, vult profecto à dēmone edoceri; qui huiusmodi curiositatū auctor est, & earum functionibus se lubentissime permisct. Explicitum pactum, seu iuocatio duplex est. nā vel fit expressis & conceptis verbis, vt faciunt incantatores, qui coniurant per illicitas formulas à dēmone institutas: vel fit ipso facto & actione: quando quis facit illud, quod nouit dēmonem, pro signo seu tessera sua opis & efficietū constituisse: c.

Theologi explicitas omnes (vt & Grillan. d.) reducunt ad Necromaniā: implicatas, ad Sortilegium & augurium, nimis laxe & improprie his vocibus vtentes, quarum prellior est significatio, nec latius omnes species (qua pene

A innumeræ comprehendens: de quibus iam materia & ordo me vocat s̄igillatim agere. Diuidam in duo quasi capita oēs quas inuenio species, priorē complectar eas in quibus clare cognoscitur pactū expreſsum: posteriore cæteras.

QVÆTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus aperta iuocatio interuenit.

HVIS summa quasi genera sunt duo, Oraculum seu Demoniania, & Mangania. In his multa coniectatio, prophetiuncula, iuxta illud verum mendacis oraculum: Πολλοὶ ἡρόες, Παῦροι οὐκέτι πεντε αὐδόπει, multi calculorum coniectores, pauci vero vaticini.

Oracula vaticinita, οὐρανοί, πυροί, μέγαρα, Demonomania, hæc omnia possunt p*ro* iisdem sumi; nam commune omnibus est, quod iis Theomantiam, veram siue prophetiam, Diabolus conatus fuit limitari, dando petentibus respōla vel ex antris, vel ex statuis, vel ex hominibus. Talia fuere, oracula, Iouis Dodonai, quod à posteris Dodanum institutum; qui Magi fuere, & quercus cōferrarunt, & pelues pulsari insticerūt, qua species diuinādi diu sane viguit: item Iouis Ammonis, quod Hebræum vocabulum significat veracem iuxta vnam Etymologiam, nam iuxta alias potes cum Iosepho, sortem, interpretari. Nam mediae litteræ geminatio potius ad pronunciationem, quam significatum, pertinet. Græcis, απόρη, harena, Ēgyptiis Hammon Sol, quo nihil oculatius, nihil fortius, secundū Gentiles. Item Iouis Trophonij, de quo extat accuratus Dialogus Nicolai Leonceni: item Apollinis Delphici, Clarij, Delij, Smynthai, & innumera falia; Venneris etiam Gazenxis, paucis notig. Horum causam physicā reddi possē mul-

ti cen-